



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

LXXVIII. Der Papst Jnnocenz IV. heißt dem Bischof von Brandenburg, geeignete Maaßregeln zu nehmen, um das Ansehn seiner Gerichte aufrecht zu erhalten, am 20. August 1247.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

LXXVIII. Der Papst Innocenz IV. heist dem Bischof von Brandenburg, geeignete Maaßregeln zu nehmen, um das Ansehn seiner Gerichte aufrecht zu erhalten, am 20. August 1247.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, episcopo Brandeburgenfi, salutem et apostolicam benedictionem. Quia nobis fraternitas intimavit, quod, cum contingat, te interdum laicos tue diocesis propter publicos et notorios excessus perpetratos ab ipsis, qui nulla possunt tergiverfatione celari, prout ad tuum spectat officium, velle pena debita castigare, iidem, ut tuam correctionem eludant ac liberam habeant peccandi arbitrium, appellationis obstaculum interponunt, sicque, dum huiusmodi appellationis pretextu suspenditur ipsius correctionis effectus, eorum excessus remanent incorrecti, et reliqui majorem assumunt audaciam delinquendi; Quare de illorum salute sollicitus petiisti super hoc salubre remedium adhiberi. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus circa correctionem officii tui debitum exequaris. Datum Lugduni, XIII. Kal. Septembr., pontificatus nostri anno quinto.

Nach dem Original.

LXXIX. Der Papst Innocenz IV. nimmt den Bischof und das Domcapitel zu Brandenburg in seinen besonderen Schutz, am 29. September 1249.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, episcopo Brandeburgenfi, salutem et apostolicam benedictionem. Efficax devotionis, quam ad nos et Romanam ecclesiam habere dinosceris, meretur affectus, ut te prerogativa specialis favoris et gratie prosequamur. Hinc est, quod nos tuis devotis supplicationibus inclinati personam tuam, ecclesiam Brandeburgensem cum familia et omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possides, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Lugduni, III. Kal. Octobris, pontificatus nostri anno septimo.

Nach dem Original.

LXXX. Der Papst Innocenz IV. trägt dem Bischof von Naumburg auf, dem Bischof von Brandenburg gegen alle Verletzungen beizustehen, am 29. September 1249.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, episcopo Nuenburgenfi, salutem et apostolicam benedictionem. Efficax devotionis, quam ad nos et Romanam ecclesiam venerabilis frater noster, episcopus Brandeburgenfi habere dinoscitur, meretur affectus, ut ipsam prerogativa specialis favoris et gratia prosequamur. Hinc est, quod nos tuis devotis supplicationibus inclinati personam suam et ecclesiam Brandeburgensem cum familia et omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet, sub beati Petri protectione suscipimus atque nostra. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus non permittas, ipsum super hiis contra protectionis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesia-